

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro omnibus que re-
 tribuit michi.
Calicem salutaris accipiam: et no-
 men domini invocabo.
Prota mea domino reddam coram omni populo
 eius: preciosa in conspectu domini mors
 sanctorum eius.
Domine quia ego servus tuus ego servus
 tuus et filius ancille tue.
Dirupisti vincula mea tibi sacrificia
 hostiam laudis: et nomen domi-
 ni invocabo.
Prota mea domino reddam in conspe-
 ctu omnis populi eius in atriis domus
 domini in medio tui iherusalem.